



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 47. Theodosi obitus. Marcianus Imperator.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

## §. XLVII.

Sæculum V.  
A. C. 450.*Theodosii obitus. Marcianus Imperator.*

Chrylaphium Evnuchum, qui suis artibus Theodosii animum in Schismate Dioscori fovendo obfirmabat, avaritia infamem reddiderat, inde, haud diu post hæc, Principis Gratia excussus, in Insulam relegatus, & suadente Pulcheria merito supplicio sublatus. Imperator Theodosius e vita excessit eodem anno 450. 29. Jul. annos natus quadraginta novem, postquam quadraginta, & uno imperasset. (\*) Eudoxia Imperatrix, defuncti  
 uxor,

Marcell.  
 Christ. an.  
 450. Niceph.  
 XIV. c. 49.  
 Prosp. integ.  
 h. an.

LI 2

uxor,

gers. Er hatte in seinem gehörigen Orte verabschieden zu melden, daß Dioscorus sich nicht gescheuet, den heil. Pabst Leo zu excommuniciren; hier erzehlet er mit grossem Vergnügen, daß Dioscorus diesen Streich ausgeführet habe; und sezet hinzu: Diesen Bann unterzeichneten zehn Bischöffe, aber wie leicht zu erachten, mit zitternden Knochen. Wenn sie in dem Dioscorus einen rechtmäßigen Gewalt hierzu erkannt hätten, würden sie nicht so gezittert haben.

(\*) Eine neue Anmerkung unsers Protestanten über die Regierung, und Gemüthsart Kayfers Theodosii. Zu Ende verfället er, ich weiß nicht wie, auf den heil. Cyrillus, und fährt in seiner Unsinnigkeit fort diesen heil. Mann mit den beyden Helden, wie er saget, dem Theophilus, und Dioscorus zu vermengen.

- Sæculum V. uxor, relicta Constantinopoli, votum  
 A. C. 450. fingens, Jerosolymam petiit, ibique reli-  
 quos vitæ annos egit. Inde Pulcheria,  
 Virginis Iconem, quæ a S. Luca picta se-  
 rebatur, dono misit. Itaque Pulcheria,  
 defuncti Soror, jamque Imperii Orientis  
 Domina, effecit, ut Marcianus, in Il-  
 lyrico natus, rebus Bello gestis clarissimus,  
 Imperator eligeretur. Hunc igitur Senatus,  
 Exercitus, omnium hominum Ordines,  
 Imperatorem salutarunt; nec tanta res dilata  
 est, donec de consensu Valentiniani, qui in Occidente  
 imperabat, constaret, quo autem non obstante,  
 is Marciani Electioni postea acquieuit. Pulcheria,  
 ut Marciano majorem Auctoritatem conciliaret,  
 & ipsa in Imperio Socia esse posset, eidem nupsit,  
 addita conditione, ut Virginem permanere liceret;  
 quippe annum vitæ quinquagesimum primum  
 numerabat, & ipse a Senectute non aberat. Ex  
 priori Matrimonio ei filia supererat, quæ Anthemio,  
 postea Occidentis Imperatori, nuptui data.  
 Duæ præ aliis Virtutes Marcianum commendabant,  
 zelus in Religionem Catholicam, & in egenos liberalitas.  
 In Hebdomon, Die Jovis, 24. Aug. Imperator  
 proclamatus est.
- In Imperii sui principiis Legem condidit,  
 qua Clerici, & Monachi, qui a Religione  
 Catholica deficientes, Haresim
- Apol-

*Marcell.**Chro. 450.**Chr. Pasch.**p. 319.**Idac. Chron.**Olymp. 30.**Evagr. I.**c. 21. 22.**Nice. XIV.**Theod. Iest.**c. 1. 2.**Evag. II.**hist. c. 1.**Evagr. II.**c. 16. III. c. 26**Chro. Pasch.**p. 319.**L. ult. Cod.**de Apost.*

Apollinaris, aut Eutyichis amplecteren-  
 tur, omnibus Hæreticorum pœnis sub-  
 jiciebantur. Duodecima Nov. anni se-  
 quentis 451. severissimam Legem ad ex-  
 tirpandam Idololatriam tulit. Prohibet,  
 ne fana, jam diu clausa, aperiantur, ne  
 fores floribus ornarentur, nec in aris suc-  
 cenderetur ignis, thus injiceretur, offer-  
 rentur Libationes, aut victimæ immola-  
 rentur. Rei ultimo supplicio afficeren-  
 tur, Bona omnia Fisco adscriberentur.

Sæculum V.  
 A. C. 450.

L. 7. Cod. de  
 pag.

§. LXVIII.

*Concilium Constantinopolitanum sub  
 Anatolio.*

Sancti Leonis Papæ Legati, Roma sub  
 finem Mensis Julii, anno 450. profe-  
 cti, Constantinopolim, Theodosio Impe-  
 ratore jam fatis functo, pervenientes, ab  
 Marciano, & Pulcheria, benignissime ex-  
 cepti sunt; cumque Anatolius, Episco-  
 pus Constantinopolitanus, Synodum E-  
 piscoporum, qui tunc præsentés erant,  
 Abbatum, Presbyterorum, & Diacono-  
 rum collegisset, Abundius, Episcopus  
 Comensis, ex Legatis Pontificiis alter,  
 S. Leonis Epistolam ad Flavianum tradi-  
 dit; postquam publice recitata fuisset,  
 Patrum Latinorum, Græcorumque Au-  
 thoritati, & Catholicorum Fidei con-  
 sentanea ab omnibus est judicata. Ita-

Acta S.  
 Abund. ap.  
 Bar. an. 405.  
 p. 120.